
S. Bohl.
P. Hermannides.
pro ministerio sensus in S. S. ex accentibus Disp. III.


Rost., 1636.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809

1,-423.

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°

1 1 01 0 4 01809 5

+REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809

DISPUTATIO TERTIA
PRO MINI-
STERIO SENSUS IN
SCRIPTURA SACRA
EX
ACCENTIBUS
Quam
D. O. M. A.
Præſide
M. SAMUELE BOHL,
Gryphenberg. Pomer.
In Academia Roſtochienſi examinandam publice proponit
PETRUS HERMANNIDES,
Hafnien. Dan. pietatis Winſtrupio-Reſenianæ alumnus.
Habebitur in Auditorio majori ad diem 12. Novemb. horis antemeridianis.

607

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typógr.
Anno M. DC. XXXVI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809

VIRIS

Admodùm reverenda dignitate Ampliſſimis, ſapientia divina humanaq; Eminentiſſimis, Conſultiſſimo, Excellentiſſimis

DN. JOHANNI PAULI RESENIO, SS. Th. D.

Archi-Epiſcopo Daniæ vigilantiſſimo, Profeſſori in Regia Hafnienſium Academ. celeberrimo, ut & Seniori reverendiſſ.

DN. CASPARO ERASMI BROCHMAND,

SS. Theol. D. ejuſdemq; in Regia Hafnienſi Acad. Profeſſori inclyto, nec non Spectatiſſ. Facult. Decano

DN. CLAUDIO PETRI PLUMIO, J. U. D.

& in eadem patria Acad. Profeſſ. P. Avunculo ceu Patri in vita chariſſimo

DE

Eccleſia Chriſti & Republ. literaria benè meritis S.

Imò Patres & Patroni ſumma ætatem obſervantia colendi, nondum me veſtrum objiciendæ mihi infantiæ pudet, qui etiam hac ætate mea alieno partam ingenio eruditionis laudem veſtræ de me exſpectationi auſim pro mea obtrudere; non ſecus fortè atq; faciunt bonorū feras gerones, quorū eſt ſolennis ſtultitia alienis rebus aut ſuæ indigentiæ ſuccurrere, aut non ſuo labore partis inſoleſcere; quamvis illi non ultra peram ſapiant. Nam quanquam fateri non erubeſcam nihil me ſcire præter quam quod me indoctum ſciam; quanquam etiam ſtudiorum meorum primitias jam emittendi, tempus eſſe non ignorem: tamen adhuc dum eruditiſſimorum hominum placita juvat inquirere, per occaſionem, quæ mihi nunc, dum hic dego q. de cœlo decidit: docente viro in hiſce & horum minimis usq; quaq; exercitatiſſimo: eſt n. circumſpecti hominis ad omnes excubare commoditatis articulos. Mihi v. hoc pro verili meditato, quo ne quid præter mei ſpem eveniat, vobis hoc exercitij genere neceſſum erat meam in præſcripta à vobis ſtudiorum ſerie aliqualem comprobare diligentiam, ut & commilitonibus veſtri ſingularem & perpetuam obſervantiam palàm facere; deniq; ut, quod facitis, diligenter à vobis peterem, ut omnia vitæ meæ ſubſidia, totum rerum mearum ſtatum, memoriam temporum præteritorum, ſalutem præſentium, ſpem futurorum in DEI OPT. Max. poteſtate & beneplacito, veſtris vero ſententijs & judicio poſitam eſſe defixamq; putetis.

V. V. V. D. D. D.

Obſervantiſſ.

P. H. R.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809

I.

NUper ego generaliter certitudinem accentuum propoſui, tâm miniſterium ſenſus quàm conſeqvutionem nobis notam eſſe debere evici. Jam, cum ante me de conſeqvutione ſatis multa ſint ſcripta; ego ea prætermiſſa tantum, Deo duce, demonſtrabo: *Cuinam ſenſui talis vel talis accentuatio inſerviat.* Nemo mihi, quod ſciam, glaciem fregit; ignoſcent ergo docti tam in hac quam in reliquis Academiis, ſi forſan non tam accuratè in omnibus primũ rem tetigero. Agam ut poſtea elaboratius totum hoc compendioſius divulgetur, proteſtatus me nihil ſtudio novitatis: ſed veræ vetuſtatis inquirendæ ergo omnia proponere. Nam ſanè non me adegit ad hunc immenſum laborem curioſitas; ſed perpetua dubitatio in Scriptura ſacra. Credo enim quod Script. S. ſit facilis & perſpicua: at non video, quomodo; quando dicere teneor: *hic locus poteſt ita, poterit etiam aliter* (de conſtructione loqvor) *explicari.* Tentatum ergo venio, nam ne hoc odioſum dicterium poſſit proſcribi & ex Academiis relegari, ut cum gloria, revocetur aureum illud & divinum elogiũ: *Hoc dictum ita, & non aliter conſtruitur.* Agam ego *actorem*, patronos vel quaſi hujus *rei* inventurum me eſſe arbitror in hac noſtra Academia, quæ jam, reliquis Martis onere preſſis, ſola in Germania pro tempore florere videtur, & doctis ex fundamento me exercere valentibus abundat: judices conſtituet tandem materiæ evidentia. Si hæc aſſequar, Deum laudabo: ſin minùs ſatis erit in magnis aliquid voluiſſe. At eventus docebit omnia.

2. Ut autem ita diſputem, ut & ipſe methodum juſtam non præteream, nec alii ſine fructu hæc legere, jure dici queat; petam primo dari principia ex quibus diſputẽ. In hac autẽ diſputatione peto

 dari

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809

dari Athnach, ut ego dem Sakephkaton. Erit quando non Athnach ſed Silluc poſtulaturus ſum, ex cujus conſtitutione de abſentiæ & præſentiæ Imperatoris Athnach neceſſitate diſſerere poſſum. Tandem nec athnach nec Silluc quæram, ſed ſenſum, & ex ſenſu taliter & taliter conſtituto demonſtrabo, quinam verſus debeat habere Athnah, qui non & cur &c.

3. Jam propono: *quando Athnach ante ſe unicum Regem ſine ducibus vel ſervis ſuperioribus requirat.* Quamvis enim eadem in ſenſu abſoluto videatur eſſe ratio ducum ſuperiorum, quæ eſt inferiorum; tamen placuit, ut paulatim & pedetentim, id quod quæro aſſequar, tantum eum ſenſum proponere, in quo ratione poſitus vocabulorum ante Athnach, poſt ſakeps katon requiratur Tiphcha, vel ante Sakephkaton non paſta; ſed Munach & ſuo modo Jetibh. De ducibus ſuperioribus & de eorum ut & ſervorum aliorum neceſſario, inevitabili & perpetuo, nullasq; exceptiones admittente loco agam in ſubſequentibus diſputationibus. Unde liqvet nec hujus diſputationis materiam eſſe duplex Sakepskaton' Rebia & Sakepskaton ante Athnach & paſta ante Sakepskaton: ſimpliciſſimè enim primum Athnach & Sakephkaton cum inferioribus ducibus & miniſtris propono, ut huic themati poſtmodum plura ſuperaddens tandem in infallibilem & exoptatam certitudinem deveniam.

4. Reg. 1. Propoſitio quæ per duos & aliquando per tres, mediantè præſertim Jetib, miniſtros effertur, habet Sakephkaton, quando ea repetita vel ſimpliciter vel concretè, vel cum determinatione utriuſq; partis trahitur ad Athnach. E. G. Eſ. 33. 16. *Huh mromim Iiſchon:* eſt propoſitio. repetitur ea, cum dicitur: *mzadothslajim misgabh bho.* Ergo prima habet Sakepskaton, quia altera pars habet Athnach. Similis eſt forma v. 21. nam Dominus Judex noſter, Dominus Legislator noſter. Sed de ea ob accentus ſuperiores & ratione accuratiori, quare non inferiores maneant, dicam in alia. Cum priori exemplo concordat

Eſa. 34.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809

Eſa. 34. 3. *Wcallebem.* 2. Sam. 1. 20. *altaggidhu.* Jerem. 8. 9. *bobbiſcha.* Jerem. 3. 21. *Kol.* 2. Sam. 19. 12. *achads.* Jerem. 10. 15. *bebbel.* v. 19 *oboli.* Jerem. 14. 2. *abhala.* Jer. 22. 10. *altibhchu.* Jer. 27. 18. *Wiim.* Jer. 30. 13, *col-* Jer. 36. 24. *Wlo.* cap. 46. 6. *aljanum.* 2. Regum 18. 36. *Wehechbheriſchu.* Jerem. 50. 7. *Coll.* Jerem. 51. 32. *hammahhhhharoth.* v. 41. *ech.* Ezech. 1. 11. *blechtam.* Ezech. 7. 15. *hachherebh.* cap. 20. 4. & 30. 3. *ci.* & 32. 4. *vntaſchticha.* v. 14. *ats*: & exempla multa alia, quæ ſtudio prætermitto, hæc confirmabunt.

5. Juvabit autem ſi huic regulæ generali inſerantur ſpecialiores, quæ poſtmodum commodè cum materia hæc prodierit elaboratior unam rectè limitatam conſtituere poterunt. Refero ergo primum ad hanc regulam Futurum converſivum ſeqvente alio converſivo, cum ſuis ſubjectis & prædicatis. Prætetitum converſivum ſeqvente alio converſivo, & utrobiq; etiam ſimplex Geneſ. 27. v *Waalchharbacha.* Deut. 2, 25. *Ebhhhera.* Deut. 13. 8. *loh.* Deut. 16. 19. *loh.* Geneſ. 31. 4. *Wajjiſchlachh.* Geneſ. 38. 15. *Wajjirheh.* Exod. 1. 22. *Watheledh.* Exod. 7. 23. *Wajjipen*, & 19. 7. *Wajjabho.* Exod. 4. 15. *Wadibhbarta.* Exod. 22. 21. *Wachharah.* Levit. 6. 4. *Vphaſchath.* Num. 27. 13. *Wrajta.* Deut. 6. 7. *Waſchinnitan.* Deut. 17. 19. *Wahajata.* Eſai. 13. 19. *lo.* Jer. 3. 5. *Hajjintor.* Joſu 6. 19. *Wajjarahh.* Judic. 9. 20. *Wajjanos.* Jud. 11. 38. *Wajjomar.* Judic. 15. 4. *Waiielech.* & 16 21. *Waiiochhatſuhu* Judic. 8. 15. *Waiiaſuru.* 1. Sam. 13. 15. *Waiiakom.* 2. Sa. 11. 3. *Waiiiſchlahh.* Ezech. 3. 42. *Wattabho.* Ezech. 16. 9. *Waerchhazech.* v. 10. *Waalbaſchech.* Deut. 29. 6 *Lechhem.* Oſ. 7. 15. *VVaani* Jerem. 17. 22. *vvlo.* Deut. 32. 18. *hem.* Ezech. 28 22. *VVcannaſti.* Ez. 38. 9. *VVſchobhabhicha.* Gen. 38. 19. *VVattakom.* &c. &c.

6. Pergo, & ad hanc regulam reduco etiam eum ſenſum, qui conſiſtit in variatione & reductione temporis, ut quando prius membrum habet vau converſivum, alterum ipſum præteritum & eccontra. Ex hoc principio ſanè multa ſuo tempore in poſitu vocum rectificabantur, ita ut & iis, qui quærere ſolent; cur Spiritus S. ut præteritum notaret, futurum converterit, & contra. Cur non retinuerit naturale tempus, ſatisfiet, cum ad irrefutabilem certitu-

 dinem,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809

dinem, & fugam vel minimæ ſpeciei ambiguitatis in Script. S. ratione conſtructionis, confugero. Hic brevibus quædam exempla theſeos. Deut. 30. 8. *Waatta*. Jer. 3. 3. *Wajjimmannu*. Num. 15. 37. *Lamaan*. 2. Sam. 4. v. *Wcol*. 2. Sam. 13. 47. *Waabhſchalom*. 2. Reg. 14. 2. *Hu*. Ez. 41 3.

7. Suo etiam modo ad hanc regulam referuntur nomina concreſcentia, quæ poſſunt dirigi ad communem normam, juxta quam & futurum primum & alia verba, ob repetitionem huic regulæ ſubjacent; ſicut videmus in Futuro primo, cum ſubſequente vocativo, ſi idem, vel Futurum ſecundum ad eſſe, ſeqvatur; ut & in nominibus diſtributis ſparſim hæc regula tractabitur & hic & alibi. Jam ſufficiat theſeos dare exempla. Deut. 31. 6. *chhitsku*. Gen. 32. 12. *itſtſim*. Exod. 27. 10. *Waammidau*. Levit. 21. 20. Num. 1. 23. 25. 29. 31. 35. 39. 41. 43. *Liphne*, quæ etiam non incommode ad regulam chaaſcher reduci poſſunt. Num. 14. 37. *Wihoſchuvahhh*. Num. 31. 3. *Wajjaas*. 1. Sam. 30. 10. *Wajjirdoph*. Num. 32. 26. taphpenu. Deut. 4. v. *elle*. Num. 34. 23. liphne. Deut. 28. 38. *Wahaïjtah*. Jud. 5. 3. *ſchimhhhu*. Eſai. 33. 15. *holech*. Jer. 3. 23. *ſchubhuh*. Hoſ. 4. 2. *aloh*. Num. 31. 4. *eleph*.

8. *Reg.* 2. Ante exordium elogii vel dicti, cum dicendum vel dictum allegatur, ſenſui inſervit ſakephkaton, ita ut prior pars dicti, ſi plures dentur trahatur ad Athnach. Antequam ad confirmationem in exemplis deſcendã, ſenſum regulæ prius demonſtrabo. 2. Sa. 23. 16. *Wajjomer ſchaul, bruchim attem lihova*, hic habemus elogium ſeu dictum; ante exordium ſeu allegatio eſt *Wajjomer ſchaul*, quod neceſſario requirit ſakephkaton. Dictum ipſum: *bruchim attem lihova*, ut partem priorẽ τῷ Athnach ſignat. Jam ad inductionem quorundã Exemplorum, omnia enim allegare nimis foret operoſum. 1. Sa. 28. 16. & 30. 23. 2. Sam. 14. 14. Jer. 15. 11. & 17. 20. *Col. omer*, Jer 19. 1. Jer. 26. 4. 1. Reg. 13. 14. Cant. 2. 8. Ezech. 38. 3. *Waamarta*. Oſ. 10. 4. Exod. 5. 5. & 10. 25. & 11. 4. & 32. 13. Deut. 6. 20. Num. 14. 20. Gen. 1. 6. In quo capite apparet eſſe repugnantia: ſed infra ſolvetur.

9. Exten-

9. Extenditur hæc regula etiam ad terminum athna chandum cum alias etiam terminus alleganti inſeri ſoleat. Prius referimus ad regulam tertiam: hujus aliquot exempla proponimus. Nam ne hic quidem periodus alloproſallos ratione methodi locum ſortiri poteſt & debet. Deut. 33. 7. W*lalallevi amar: tummecha uhnurecha Liiſch chhaſidecha*, ubi terminus eſt *levi*, alia exempla theſeos vide Gen. 29. 26. & 39. 17. Exod. 5. 21. W*ajiomru*. Deut. 33. 12. *Uljoſeph*. v. 17. *Ulzabulon*. v. 21. *Uldan*. v. 22. *Ulnaphtali* &c. Jud. 5. 20. & 7. 17. & 8. 2. & 10. 15. Jer. 11. 3. & 15. 11. & 26. 4. Ez. 12. 10. & 37. 9. quæ contra venire videntur, repoſui & reſolvi in fine hujus diſputationis, ne regulas exceptionibus turbarem, præſertim cum noverim etiam has regulas generales ita poſſe formari, ut omnes exceptiones in ſe contineant. Perſpicuitatis autem gratia, præſertim ubi non dum nota eſt materia lectori, hanc methodum ſelegi.

10. Reg. 3. Verbum cum Nomine habet ſa keph katon, quando Accuſativus legitimatus Athnach

Latè patet hæc regula. Exemplis rem confirmabo; prius autem demonſtrabo. Jer. 36. 4. W*aiiikra iirmijahu & Baruch ben Neriah*. Hic W*aiiikra Iirmijahu* eſt Nomen cum Verbo. Accuſat. legitimatus eſt *Baruch ben Beriah*. Sic etiam loco Futuri converſivi valet præteritum ratione poſitus ex contextu & particulis requiſiti præcedente Nomine. Exempla; 1. Reg. 6. 23. 2. Reg. 11. 13. Gen. 26. 15. & 31. 20. & 50. 26. W*aiiiſcb ſchabha*. Jer. 38. 10. W*aizaue*. Jer. 36. 5. W*eizaue*. 1. Reg. 3. 1. W*aiiithchhannan*, 1. Sam. 8. 19. W*aiiakem*. Jer. 51. v. W*aiiichtobh*. Exod. 32. 12. Sic etiam *& joktan gignebat ſchaba & Dadan*.

11. Notandum hic eſt, Nomen prioris membri poſſe occultari in verbo, in cujus rei indicium pro aptitudine vocis ſolet vox habere duos accentus tonicos, quorum primum ex ſententia Grammaticorum vocabo Euphonicum ſeu Metegh. 1. Reg. 9. 7. W*e hichhebita*, & percuties, *& bet Achhabh adoneicha* familiam Achabi ſeu poſteros, qui tui Domini ſunt vel eſſe poſſunt. W*ihichhebita* habet in ſe Nomen & eſt aptum ſimul habere accentum, quem dixi Euphonicum ex ſententia ſcriptorum: Confer 2. Reg. 10. 26. W*aiiittzu*. Ezech. 23. 2. W*attiphkedhi*. Ezech. 32. 91. W*ihichhhaſti*.

 Ezech.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809

Ezech. 43. 21. *Wlakachhta*, Conferatur Jer. 9; 14. *Waiielchu*. Jer. 30. 8. *Wabadia* Exod. 28, 9. *Walakachta*. Exod. 29. 19. *Walakachta*. v 40. *Wſchacanti* Exod. 40. 6. *Wnatatti*: Deut. 6. 5. & 8. 6. & 11. *Waahabhta*. Ex quibus conſtat Nomen aliquando latere in Verbo; de quo diſſerendi amplior ſuppeditabitur materia, cum ad paſta aut Sakephkaton devenero.

12. Et ſciendum eſt etiam tunc quando Nomen latet, poſſe pro ratione ſenſus particulam ſeparabilem priori inciſo includi 1. Sam. 2. 43. *Umaddua Loh ſchamarta*; ubi duæ etiam particulæ Verbum concretum afficiunt. Hinc conſectarium etiam aliud: Nomen extra latens, modo rationem particulæ ſortiatur, priori inciſo poſſe inſeri 1. Reg. 6. 23. *VVaiiaas Baddbhir*: quid *Baddbhir*? Nomen quidem & tale quod ad *Scham* Ebræum reducere poſſum. Sic 1. Reg. 7. 37. *Cattsoth aſah* &c. quid cattsoth? *Cacah* eſt. Quomodo Dativus & Accuſativus extra latens Nomen poſſit occupare locum primi inciſi, infra proponam. De Participio autem non opus erit ut agam: notum eſt, quando Verbi naturam induat. Geneſ. 19. 13. *Ci maſchitim anachnu & hammakom hatstſe*, &c.

13. Taliter conſtitui debebat prior pars inciſi magni. Altera pars continet, ut diximus, Accuſativum, eumq; legitimum & nobilem, cujus privilegiis gaudere faciunt alios, vulgo dictos caſus obliquos, particulæ, quibus mediantibus relatio ſubjecti ad prædicatum notatur. Et extra has etiam Verba in ſenſu Accuſativum repræſentantia huic canoni ſubjacent: ex quo principio etiam tempus Infinitum, quod alias determinabat Verbum finitum, vel ad minimum determinare debebat inciſum prius deſertum, ſe ad inciſum alterum confert, ut ibidem in terra nominum vivens, ipſum etiam Nomen dici mereatur. Et, ut compendium ſcriptionis faciam, ad hunc Accuſativum reduco etiam terminum communem.

Hujus Theſeos membrum ſeorſim unico exemplo demonſtro, inde confusè omnium ſuperaddam. 1. Sam. 11, 30. *VVaiitpoſch*
Achia

Achia bſalma; ubi b in bſalma particula medians eſt, qua mediante reſpectus ſubjecti ad prædicatum involvitur, Deut. 6. 13. *Hiſchſcahamer leha pen tiſcſcach*, i.e. non oblivíſcentiam Jehovæ. Gen. 27. 9. *VVaiiomer Jacob el Ribhka immo*; ubi terminus eſt *Ribhka immo*. Levit. 10. 10. *Ulbabhdilben hakkodeſch* i.e. illud quod eſt ſanctum & id quod eſt profanum. Exod. 18. 8 *VVaiiiachdh* jitro *al*, i.e. cum gaudio audiebat illa &c. Exod. 19. 4. *Attem riitem*, vos vidiſtis, *aſcher aſiti Lmizraiim*, facta mea Ægyptiaca, uti videt lector etiam verbum in ſenſu nominaſcere. 1. Sam. 23. 27. *Umatachbah el ſchaul lewor*; ubi *el ſchaul* eſt terminus; ut: & nuncius conveniebat ſeu adibat Regem Saulum his verbis. 2. Sam. 6. 18. *VVaiical David*; & ceſſavit David, *mehaaloth*, ab offerre, ſenſus eſt: Et finiebat David oblationem. Geneſ. 47. 5 *VVaiiomer*. & 34. 4. Exod. 6. 10. *Boh*. Exod. 1. ult. *VVaiizau*. Geneſ. 34. 3. *VVattidhbak* Exod. 8. 21. 1. Sam. 14. 47. *VVaiiaal*. Lev. 1. 4. *Uſamach*. Ezech. 23. 20 *VVattahbhgabah*. 2. Reg. 5. v. *VVaiiaboh*. *haſſepher*. Judic. 1. 11. *VVaiielech miſchcham*. Judic. 1. 25 1. Sam. 16. 22. *VVaiiſchlach*. 1. Reg. 21. 26. *VVaiiathebh mood*. 2. Reg. 7 5, *VVaiiakum*. Joſ. 22. v. *ats ſikra*. Jer. 7. 8. *al tibhtachu* 2. Sam. 21. 8. *VVaiiachhmol*. Jer. 7. 17. ubi ante *mah* eſt ſakephkaton. 1. Sam. 2. 2. *Anochi*. 13. Ad hunc terminum & alterum inciſum, quod facere dicitur Accuſativus, refero etiam ſenſum eum, qui poſt ſupra deſcriptum prius inciſum exordium ſumit à *Ci* quod E. G. In Gen. legimus: *VVaiiin nachem Jhovah ci aſa & haadam baaretz*; hic *Ci* reducit *aſa & haadam baaretz* ad legitimum Accuſativum: GOtt ſahe mit verdruß den Menſchen an welchen er auff Erden gemachet hat. Geneſ. 6. 5 *vvaiiarh*. Geneſ. 14. 1. *VVaiiſchmahlih*. Geneſ. 28. 7 *VVaiiarh*. Geneſ. 30. 9. & 38. v. *VVaiedabhh onan*. Geneſ. 39. 3. *VVaiiaich adonavv*. Gen. 42, 18. *VVaiiarh Jacobh*. Judic. 6. 2. 1. Samuel. 23. 15. *vvaiiarh David*. 1. Sam. 23. 7. *vvaiiaggad*: quod tamen etiam referri poteſt ad verbum concretum, cujus prædicata ſecundum inciſum faciunt ſi ad hanc regulam reeucam Vnd man verrieth dem Saul/den David/welcher in Keila kommen war. 1. Sam. 23. 15. 1. Sam. 31. 5. Jer. 22. 15 *hatimloch*, Jerem. 10. 22. *Jadahti Jhovah cilo*. Et in libris

Chal-

Chaldaicis *Di* valens idem quod *Ci*, ſicut & alias in Ebraicis *aſcher* recte acceptum, Dan. 5.14. *Wſchimbhhet*, & audivi in te Spiritum Deorum. Reliqua loca copioſè occurrentia taceo.

13. Imo extenditur illud *Ci* etiam ad ipſam ratiocinationem Mich. 2. v. 19. *Kumu Vlcu*, ratio *Ci loh tsoth hammnucha*. Num. 14. v. 21. *Al taala* Eſaia 12. v. 3. Eſa. 28. v. 28. *Lechem*. Nahum. 5. v. 7 *Tobh* ubi Lamed vicem *Ci* ſupplet, unde tunc recte Lamed illud ex loco per Latinorum *in puncto* vel *ratione juxta* &c vel reduco.

14. Refero porro ad hunc legitimum Accuſativum infinitum ſubjectum cum ſuis prædicatis vel ei analogum, item ſenſum eum includo primo inciſo, juxta principia præſuppoſita in duobus accentibus primario conſiſtentia, quem ſtatim excipit, *Caaſcher* vel ei omogeneum in quo caſu & infinitum & particula reducenda ſunt ad nominaſcentiam. In Summa finis rei, quæ in primo inciſo ponitur ponitur in ſecundo Gen. 18. v. 18. *Erda navvaereh, hacatſaakata habbaah* &c. Ubi *ha* notat finem & conſequenter analogice ad hanc regulam reducitur, præſertim cum reſolutio in nomen hic ſit, facilis Geneſ. 11. v. 5. *Waiiarh* Geneſ. 31. v. 29. *Wlabban*. Geneſ. 31. v. 28. *Wlontaſchtani* ſequitur Infinitum accuſativaſcens *Lnaſchſchek* Eſai 1. *Ci tabhou*. Geneſ. 31. v. 29. *Jeſch leel*. Num. 25. v. 2. *Wattikrena*, quod exemplum quamvis nõ quadret in priori inciſo quadrat tamen in poſteriori, ratione Infiniti, quod quæſivi. Levit. 8. v. 1. *Waaias Moſeh*. Gen 43 v. 17. *Waaias*. Num. 3. v. 42 *Waiiphkod* Num, 20. v. 26. *Waiiaas*. Num. 23 v. 7. *Waiiaas Balak*. Num. 27. v. 22. *waiias Moſche*. Datur etiam aliud quoddam Caaſcher quod nominativum ſapit, ut Eſa. 26. v. 17. *Harinu chbalnu cmo* &c. ubi nominativus cum Nominativo confertur; de quo negotio in regula comparationis agam.

15. Huc uſq; per occaſionem regulæ tertiæ generalis egi de nomine & verbo regente accuſativum ſequentem. Propono ego etiam Dativum primi inciſi reſpicientem Accuſativum ſecundi, & econtra Accuſativum primi reſpicientem Dativum ſecundi, imo accuſativum primi ſi ad latinitatis normam redigas conſtructionem, reſpicienter accuſativum ſecundi inciſi, imo non raro ſimpliciter invertitur, ut Accuſativus præcedat in ſua concreſcentia, & verbum cum ſuis adjunctis occupet inciſum *Atnach*. Jer. 6. v. 27.

Ceseph

Ceſeph nimas accuſ. Karucilahen vocarunt. Et ex his principiis, quod ex regula de verbo concreto pateſcet magis, etiam prius inciſum ab accuſativ. & verbo ita ut nominativus concreſcens trahatur ad Atnach Exempl. vid. in ultimo cap. Scripturæ Sacræ V. T videlicet 36. 2. Chron. v. 6. *Alavv ala Nabucadnezar melech Babbe* Eſa. 8. v. 2. W*laaidazi* &c. Imo loco accuſativi, poni ſolet etiam ablativus per particulas legitimas accuſativaſcens, & cum alius accuſativus ſuperveniat inducit ſignificationem die zu/ aut derer ſo viel aut etliche. Geneſ. 47. v. 2. *Umikzze ech avv* i. e. Seiner Brüder. Levit. 18. v *Ci col* &c. ubi ſequens *Miccol* accuſativus eſt. Supervacaneum fere duco etiam hîc enarrare, quomodo Accuſativus & Nominativus regantur ab inciſo ſecundo, ita ut verbum cum ſuo determinante primum occupet. Nam ex præcedentibus hæc colligi poſſe videtur Levit. 22. v. 15. W*lo ichhallu*: ratio poſitus eſt manifeſta. Exod. 25. v. 26. W*aaſita*. Exod. 37. v. 12 W*aiizok*. Levit. 6. v. 9. W*ahannoteret* c. 2. v. 37. *Etcaſpech* Num. 13. v. 24. *Lmakom*. Eſa. 8. v 12. *Lo tomaru*. Jerem. 18. v. 7. *Regah adabber*. Exod. 18. v. 19. W*hitsharta ethem*. Num. 19. v. 3. W*natatta*. Jerem. 27. v. 4. W*zivvvvita otam*. Ezech. 31. v. 11. W*aettanehu* ubi bjiad æquipollet Dativo Joſ. 24. v. 4. W*aetten*. Jerem. 27. v. 10. 1. Reg. 9. v. 35. quod quidem ratione regis at non miniſtri huc quadrat. Eccleſiaſt. 1. v. 8 *Col haddbharim* Hag. 1. v. 10. *Alcen*.

16. Reg. 4. Subjectum habet zakephkaton quando actio ejus vel paſſio immediatè trahitur ad Atnach & è contra prædicatum in verbis & nominibus latens ſubjacet regimini takephkaton, cum ſubjectum immediate deſinit in Atnach. Frequentiſſim. adhibetur in Scriptura adſcripta regula, & verificatur etiam in Vocativo recte conſtituto, ſive ut prius, ſive ut poſterius inciſum conſtituat, ubi non accurate obſervabo vim terminorum logicorum, agam enim ut nihilominus recte intelligat. Sic Cantic. 5. v. 10. *Mah dodhech middodh haiapha bannaſchim*. Ubi O Venuſtiſſima fœminarum habet prędicatū *Mah dodhech* cum tantum

B tum

tam ſit apoſtrophe, ſed talis tamen, cujus pars aliqua prædicatūr de vocata, ad quod non reſpicio Cant. 5. v. ult. *Anach* Jerem. 34. v. 4. *Ach Schmahhh*. Dan. 6. v. 9. *Caan* Jonæ 4. v. 2. W*aatta* Eſa. 26. v. 13. *Jhovah elohenu* Ezech. 22. v. 2. W*aatta*. Ezech. 34. v. 16. W*aattina zoni* Deut. 22. v. 20. W*iim* Deut. 28. v. 47. W*ahaju* c. 28. v. 69. W*haiu chajiecha tluim Lcha minneged.* Quod exemplum cum non quadrare videatur ſtudio adſcripſi: Subjectū eſt *Chaiiecha*, *haiuh* non pertinet hic ad prædicatum ſed ad ſubjectum, ideo in primo inciſo recte collocatur. Vita tua erit, quid autem? non ſtabilis certa & florens: ſed ſuſpenſa i. e. dubia. Pro ratione autem ſenſus etiam ſine omni abſurditate poteſt cum prædicato uni inciſo includi, ſubjecto relato ad aliud, ut Eſa. 2. &c. Joſ. 5. v. 4. *Ci mullim hajuh.* Judic. 19. v. 44. W*ajiſchmahhhu* Judic. 10. v. 3. cap. 11. v. 8. Jerem. 5. v. 23. *Schmahhh* 2. Sam. 23. v. 22. *Elle aſuh* Jerem. 32. v. 3. *Aſcher clao* 1. Sam. 9. v. 15 *Vihovah* 1. Sam. 25. v. 15. W*ahaan aſchim* 1 Reg. 5. v. 2. *Rak* 2. Regum. 6. v. 7. V*melech aram*, quod ſtatim excipit *hajach*, facit enim cū participio prædicato Imperfectum, pro ratione enim conſequentis contextus præteritorum futuras ſcendorum poſitus hujus copulæ variat Dan. 2 v. 35. *Ant malca* Ezech. 16. v. 50. W*ſchomron* Jerem. 37. v. 7. 2. Reg 17. v. 3. *Alavv* 2. Reg. 24. v 3. *Waiamau* 2. Reg. 25. v. 20. W*aiickkachh* Amos 9. v. 10 *Bachereb* Nahum. 1. v. 11. *Minmech* 2. Chr. 32 v. 10. Ezech. 16. v. 48. *Hinne the ba ah* Hoſ. 13 v. 14. *Ci hu* Eſth. 1. v. 9. *Gam Vaſti Hammalca* Ezræ 1. v. 7. W*ahammeleh Coreſch* Ezech. 45. v. 16. *Col baam haarez* (forſan hic haberet aliquis materiam probandi Nomen conſtructum poſſe etiam habere He articulare) Geneſ. 4. v. 1. Geneſ. 17. v. 25. *Vſchmael bno* Geneſ. 22. v. 18. W*hitbaracu* Gen. 36. v. 32. W*aiiimloch* Geneſ. 50. v. 10. W*aiial* Deut. 18. v. 10. *Lo iimmazeh* Eſ. 51. v. 18. *En mnachemlah miccol* ubi *Miccol* ſicut ſupra demonſtravi nominativaſcit ad modum juxta quem vim Accuſativi induebat nomē ita effectum 1. Sam. 31. v. 11. W*aiiſchmuhhhu* Exod. 12. v. 47. *Thora* Levit. 22. v. 6. *Nepheſch* Deut. 7. v. 7. *Ci* Eſa. 9. v. *Haam habolchim bachoſechh.* Joſ. 17. v. 9. *Cihneth* Dan. 2. v 14. Judic. 3. v. 15 *Vbhne.* Referendum eſt etiam illud Gen. 27. v. 22. W*aiiggad Lehkibhka* & ſimilia. Sic ut ad generalia redeam Jer. 26. v. 17. W*aiakamu*, ubi *Mitztſikne* haarez idem eſt quod Rabbinorum *Kzab zikne arez* Joſu. 2. v. 2. W*aiitamer* Levit. 4. v. 9. *Caaſcher iuram*, *miſch-*

miſchſcher tsebachh, quod duplici ratione ſub ſenſum horum ve-nire poteſt Deut. 4.v.24 *Ci Jhovah*. Num.15.v.39. *Waiiakribhu*.

17. Inprimis obſervandum eſt ſubjectum occupare inciſum prius, quando particula quæ debebat præcedere juxta ordinem naturæ, ſequitur. Levit.12.v.19. *Negahbh zaraath Ci jibhe baadam* pro *Ci negahbh* vel *Ci iibhe negah* Lev.12.v.21. *O Baſar ci* &c.2.Sam.1.v.21 *Hareh bgilboahbh*, at hoc commodius refertur ad Vocativum Habac. 2.v.4. *Hinneh uphlah* Num. 18.v. 21. *VVlibhne*, quod duplici gaudet privilegio Judic. 17.v.5. *VVaaiſch*. Num. 35.v.19. *Goel hadhdam hu* &c. ubi *Hub* emphatice repetitum ſubjecti prædicata ſuſcipit, & ita non tam ad hanc, quam priores regulas pertinet.

18. Non incommode etiam allego ſub hac regula quarta, quæ ſubjectum à prædicato per diverſa inciſa ſeparat, ſubjectum vel prædicatum aliquando latius deſcribi, ita ut deſcriptio novum & nobis jam propoſitum inciſum quærat. Non volo autem iſtud quod Gen. 13. v. 12. *VVaanſche ſedom rahbhim vvachbattaim*, in quo non deſcribitur ſubjectum proprie ſed prædicatione afficitur cum aliud genus prædicati alias hic non occurrat. Sed ſimile & analogum quid capiti 41.v. 28. Geneſ. *Hub hadhdabhar, aſcher dibhbarti el Parob* confer. Lev. 14 v.32. *Tſhot torat* quod etiam refertur merito ad duplicatum Genitivum 1. Sa. 17.v.4. *VVeſelech pliſti holec*hh, quod exemplum eſt quidem alienum ratione miniſtri Athnah Regis. Gen. 50.v. 17. *vvaiamot Joſeph ben* quod ex duplici principio tali accentuatione gaudet. Levit.21.v.2. *Ci im* Num. 35. v. 4. *Vmigrashhe heatim, aſcher*. Num.15.v.16 *Elle ſchamoth*. Nu. 14.v.35. *VVahaanaſchim* Num.19.v.2 *Tshot chhukkat* Num.20.v.13 *Hemma me mribha* Num. 34.v.17. *Elle ſchmot* Joſu.19.v.10. Nu 1. *Ephes* Nu.27 v.16. *Liphkot Jhovah Eloh* karuchoth. Deut.4.v.28. *vvaabhadthm ſcham* Deut. 21.v. 3. Deut.30.v.11. *ci hammizva* Eſ.33.v.19. *chazeh* quod quamvis ad accuſativum proprie pertineat, tamen cum prædicatum deſcribatur huc referre volui Num. 16. Deut. 4. v. 7. *Ci mi go gadol* Eſa. 15.v.5. *vvniggaſch* Eſ.37.v.22. *Tse hadhdabhar* 1 Sa.29.v.6. *Haloh tse David* Jer. 17.v.7. *Barachh haggebtrer* 2.Reg.18.v 29. *Mi bchol* Jer. 52.v.26. *Tse haam* Eç.36 v.26. *vviſchabtem* Cant.4 v.20.2.Chron.34.v.14. *vvbhoziam* At hoc dupliciter ad regulam 4. generalem pertinet.

 19.Re

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809

19. Reg. 5. Duratio & tempus, circumſtantia & locus propo-
ſitionibus & partibus ejus inſervientia quoad geminum inciſum,
cum inferioribus ducibus & miniſtris abſolvendum hujus diſputa-
tioni ſubjacent. Demonſtrab. hæc primum, deinde confirmabo ad
Gen. 8. v. 10. *Waiiatchhl od & præſtolabatur* (Noah verbo includi-
tur) *adhuc, ſchibhhhat jamim acherim ſeptem dies alios*. Hic du-
ratio facit unum inciſum. Geneſ. 37. v. 15. *Waiimzaehu iſch* Et
inveniebat eum vir quidam, *wihinne toeh & ecce errans* i. e. dum
errabat. Der Mann traff jhn an eben zu der Zeit/ da er jrre gieng.
Conferat. Geneſ. 11. v. 12. *VVaarphachſchad.* v. 28. *vvaiamoth Ha-
ran.* Jud. 9. v. 38. *vvaieteh.* Exod. 6. v. 11. *vvaidhabhber Moſchl.*
Gen. 17. v. 16. Kum. Judic. ultim. verſ. ultim. *Baiamem hahem.* Eſa.
26. *Baiiom habuh.* Eſa. 28. v. 24. *Haaol baiiom.* 1. Sam. 6. v. 13.
Vbetſchemeſch. Ubi video ſtatuendam eſſe ellypſin Beth particulæ,
quod alias faciendum non eſt, niſi urgeat neceſsitas. Nam extra
hoc nondum video, qui accentuatio talis Bethſchemes competere
poſſet, localiter ergo explicandum eſt. Eſa. 35. v. 1. Bajjamim ha-
hem. Jer. 3. v. 4. *Haloh.* v. 18. *Baiiamim hahemma.* 1. Sam. 1. v. 13.
VVaihi babboker Jerem. 31. v. 6. *Ci ieſch jom Karabhhu nozrim,*
ubi rigore noſtræ regulæ ante Karahhhu neceſſario ponendum eſt
in ſenſu, Quando q. d. Erit dies, in quo &c. 1. Reg. 15. v. 2. *Scha-
loſch ſchanim* 2. Reg. 20. v. Bajjamim hahem. 2. Reg. 24. v. 1.. *Baeth
hahih.* Ezech. 24. v. 27. *Baiiim hahuh.* Ezech. 43. v. 25. *Schibhat
jamim,* Exod. 13. v. 9. *VVehiggdhta Lbincha* Gen. 11. v. 55 *vvaha-
raabh.* Gen. 37. v. . *vvaiieſchebh.* Gen. 41. v. 46. *vvattakab ah* Exod.
29. v. 44. *vvſchachanti.* Geneſ. 39. v. 18. *vvaſibi cſchomhhhu* confe-
ratur cum hoc loco ratione regis 1. Reg. 21. v. 15. 2. Reg. 12. v. 11. Quo-
rum paſta ego etiam ſuo loco vindicabo. Judic. 15. v. 18. *Hub bab
allechi Vphliſtim herihhhu* in quo & ſimilibus docemur quod vau
aliquando ſignificet etiam *quando* Geneſ. 22. v. 29. *vvaithrachh.*
1. Sam. 1 v. 4. *vvaiihihaiiom* 1. Sam. 16. v. 6. VVajihi.. 1. Reg. 1. v. 19.
Odennu mdahber, in quibus aliquotes videmus vau venire pro quan-
do in tali accentuatione & ſenſu. Quadrabit etiam procul omni
dubio *Ex loco* Geneſ. 40. v. 11. *Cs gynnobz guunahti meereh.* Num.
16. v. 20. *Hibhadlu.* Unde etiam ratione conſequentiæ inferretur
abeſſe hujus eſſe loci. Jer. 33. v. 8. *Wtihartem michol avonam* &c.

Exod.

Exod. 28. v. 10. *Schiſchchſcha*. Mich. 1. v. ult. *Korchhi* Eſa 30. v. 5. *Col*
hobiſch. 2. Reg. 3. v. 24. *Waija, Schcimu Schib*. Deut. 23. v. 36. *ſchibhhba*.
Forſan ex his principiis conciliari poſſet contradictio apparens
Eſai. 9. *Multiplicaſti gentem non multiplicaſti lætitiam. Lætantur*
coram te &c. Ita ut ſenſus eſſet *Tu evexiſti populum*, in ea circum-
ſtantia, qua *non magni* ficaſtis gaudium i.e. Tu vocas ad tuum Re-
gnum gentes eo modo, ob quem antehac ut lætarentur anſam non
habuerunt. 2. Chronic 36 v. 12. *Waijaas*. Amos. 7. v. 7. *Coh biram*.
Mich 5. v. 2. *Lacem jittanem*. 2. Reg. 2. v. 2. *lirpu hammaim*. Jerem.
44. v. 10. *Lo diccuu*. Ezech. 44. v. 25, Hoſ. 14. v 1. *Schubha* Joel. 3. v. 19.
Hamonim. Joſ. 11. v. 22. Ruth. 1. v. 19. *Vattelachma*. Geneſ 41. v. 55.
Waharaabh. Amos. 9. v. 2. Habacuc, 2. v. 14. Mich. 3. v. 4. *Ats*.
20. Ad hanc regulam generalem refero etiam *& vero* quan-
doquidem, quod ſane in hoc genere magnam cognationem & cum
tempore & cum circumſtantia habere deprehenditur. Eſa. 37. v. 29.
Jaan hitraggetscha elai vvſchaanancha alahhh bootsnai. Qui verſus
repetitur 2. Reg. v. 27. iiſdem verbis, quæ jam adſcripſi. Et ita de-
monſtratum eo primum rei veritatem deinde aliquot loca paral-
lela adjiciam. *Propter tumultuose inſurgere tuum contra me, & vero*
ſuperba tua & faſtuoſa quies ad aures meas pervenit Quare &c. In
quo poſitu Vau ſignifica, *quare* poſt *Elai* autem *& vero* Germanis
vnd eben / aut vnd es an dem iſt / daß der Mißbrauch deines glückli-
chen Fortgangs / auß welchem du wider mich praleſt / zu meinen Ohrē
kommen; So wil &c. Ut clarius demonſtrem adduco Jer. 2. v. 10.
ratione Regis, nam dux variat, non quidem ratione ſenſus ſed Syl-
labarum & dictionum, nam ut in ſequentibus diſputationibus de-
monſtrabo, omnibus regulis his inſcivit etiam paſta dux ſuperior.
Sir autem Jer. 2. *Hahemir go elohim, vvhemma loh elohim*. Sie aber
nicht / vel ut Luth. Wiewol ſie doch nicht Götter ſind. Jerem. 47.
Eich tiſchkoti. *At quomodo quieſcas, quandoquidem Dominus deſtina-*
veri gladium contra Askalon, &c.
21. Huc pertinet comparatio quando duo extrema compo-
nuntur, ut unum alterum vincat & ſuperet, 1. Reg. 4. v. 10. *Vatta-*
vhhh laaſoth micheol aſcher hajuh lpanechu. Hic duo extrema ſunt
Jarobhhham; & alii reges. componuntur ſeu conferuntur, ut Ja-
robhhham vincat malitia reliquos, Amos. 3. v. 2. *Kaketcheu ladahtē*

tantum vos dilexi *miscol miſchpachot haadamah* magis quam omne familias terræ. Ubi termini extremi ſunt filii Iſrael & familiæ terræ &c.

22. Addo porro duo extrema quæ conferuntur, ut ſe adæquent vel quaſi Jer. 11. v. 13. *Ci miſpar arecha, haiuh elohecha Ihudah* Hic duo extrema ſunt *civitates* & *Dii*, ut adæquentur numero Jerem. 4 v. 16. *Cſchomrei* Ezech. 22. v. 27 *Sarecha* Ezech. 23 v, 44, Wajjabho eleha Hoſ. 7. v. 11. *VVaiiihi Ephraim* Hoſ. 8. v. 1. *El chhikkacha* Joel. 2. v. 7. *Cighborim.*

23. Reſtant adhuc quædam regulæ, Verum eas differo ad diſputationem ſubſequentem, ut modo hæ quinq; prius recte examinari queant, & ea ratione commodius & facilius id quod quærimus aſſequamur, certudinem dico conſtructionis, quæ tempore Lutheri latebat in profundo puteo, quem foderunt nobis Romani Pontifices & ſuperbi & ſibi ipſis placentes Doctores, dum ſua ſomnia, ut peſſimi ardeliones & generales proditores Eccleſiæ meticuloſis obtrudentes, omnes à ſcretinio Scripturæ ſacræ arcebant.

24. Omnes autem regulas ſupra traditas, ita affectas eſſe oportet, ut ante Atnach venire poſſit tiphcha, Hinc ſedulo cavetur poſitus Munach tipcha, Merca ſimplicis, tebir, darga: nam ea ratione zakephkaton locum habere nequit. Et videntur ſane multa omnino exempla occurrere in Scriptura Sacra, quæ expreſſe cadant contra noſtras regulas quinq;, verum videntur tantum. Ne ergo examinator theſium harum in conquiſitione nimis laborare neceſſum habeat, aliquot loca ad ſeu contra regulas produco.

25. Primo loco contra tertiam regulam quædam mihi incidunt. Gen. 31. v. 2. Wajjarh Jac. Et pne laban. Non recurram jam ad tipcha non ad brevitatem *pne* monoſyllabi, quod tipcha habere non poſſe videtur non ad imperfectionem accuſativi ſpurii, eſt enim genitivatus non dupliciter ſed ſimpliciter, ne dicat lector hoc me fingere pro effugio. Sed adducam Geneſ. 18 v, 9. VVajjarh Iiſrael & pne Joſeph; ubi idem verſus in ſenſu Grammatico eadem accentuatione repetitur. Hiccine cauſa ſubſit ejusdem accentuationis. Maximè, nam in Diſputatione 2. demonſtravi eundem verſum vel numero, vel eundem quoad ſenſum Grammaticum repetitum, eadem gau-

dere

dere accentuatione. Unde non vereor dicere, ſi Jaacobh habuiſſet zakephkaton fuiſſe vitium enorme, nam eruditus collegiſſet hinc, ex te:tu amiſſam fuiſſe vocem. Sed quid dicetur ad Geneſ. 8. v. 20. *Wajiben Noachh mitsbehh lihovah*, ibi non monoſyllabum ſed diſſyllabum occurrit, conſequenter poteſt capere tipcha. At nondum ceſſaſſe dicerem rationem accuſativi ſpurii, qui eſt Genitivatus ſimpliciter, vel ſi omnino diſpliceas Genitivus, dabo Dativum eſſe & reſpectivus evadet terminus ut Gen. 38. v. 6. Ut breviſſimis me explicem Gen. 31 v. 20. Scriptum eſt *Wajighnobh Jacob & lebh laban Haarammi Lebh laban Haarammi*, eſt Accuſativus genitivatus dupliciter *leb laban* autẽ ſimpliciter. Gen. 12. v. 17. *Vajnaggabh Jhovah & Paro ngabhim gdholim vveet beto*. Paroh hic eſt accuſativus reſpectivus & ſpurius, unde regulæ noſtræ non ſubjici debet. Quæ tantum propono, ut eruditiores in rationibus dandis eruditioribus me informent, ut ita collatis indiviſis res tandem firmetur. Rationes enim latnet non tantum ratione Accuſativi ſed & multarum aliarum rerum, quæ evidentiam ſecum portant Geneſ. 29. v. 1. *Waiſſa Jacob raglavv* Jacob elevabat pedes ſuos. Cur hie Jacob non habet zakephkaton? Reſpond. quia non habere poteſt ſimul etiam tipcha, eſt ergo Spurius Accuſativus. Sed quid hic diſputo, omnium locorum contrariorum ego Deo volente publicè dabo rationem, etiam legitimando nominativo, jam addo pauca exempla hic non quadrantia Geneſ. 38. v. 2. *Waiiarh* Geneſ. 28. v. 6. *Waiikkach* Geneſ. 41. v. 5. *VVaiikra*. Exod. 2. v. ult. *VVaiarh*, Non ovum ovo tam ſimile, quam primum allegato *VVaiiarh* juxta ſenſum Grammaticum hic ipſe. Exod. 18. v. 27. *VVaiiſchlach*, ubi urgeri poterit ratio cur & non habeat Tipcha cum alias ut Deuteron. habeat Rhebia Regem. Rationem enim à monoſyllabis deſumptam tantum eſſe ad implendum aures ignari cum (quod ipſe probe novi) ſæpe monoſyllaba poſt zakephkaton habant tipcha. Ut ut autem hæc ſeſe habeant in collatione amica talia & ſimilia recte explicabuntur. Et inprimis caveri debet in conſideratione hujus regulæ, ne plures cauſæ effectum debilem corrumpant alia exempla vid. Exod. 7. v. 3. waam Num. 26. VVajikkach Deut. 1. v. 38.

Wajjiſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809

Vajjſchmahh 1. Reg. 11. v. 6. Vajjaasubi notandum eſt, ſi modo ad- Jhovah additum fuiſſet Elohavv ſalva fuiſſe omnia ſicut alias in aliquot locis Scripturæ, cum Elohavv additum eſt. De Regibus dicitur quod bonum fecerint in oculis Jhovah Dei ſui, ea enim ratione Genitivatur accuſativus vel quaſi.

26. In ſecunda regula poſt dicere, etiam videntur multa in contrarium adduci poſſe, verum ea fieri ſolent ob duplicatum zakephkaton ob periodum allop oſallon, & ob intervenientem novam rationem diſtinctionis, vel ob defectum tipicha ante Atnach ponendi. Vt autem non longius ſecedam ex primo capite Geneſeos duos verſus confero, tertium dico & 6. Iſte initium habet *Wajomer-Elohim*, hic *Vajjomer Elohim*, ibi *Elohim* habe tipcha, hic zakephkaton. Quæritur cauſa. Reſpond. Quia *ibi* non poteſt habere tipcha, Rationem quare non poſsit habere dare teneor, at fiet id in collatione argumentorum, ut aliis hoc ipſo anſam præbeam cogitandi de cauſa, mecumq; conferendi, & ſcrutantem certiorem reddere. Zach. 2. v. 8. Nova intercedit diſtinctio, quā tamen non nude in propoſitione directa occurrere poſſe quatenus talis eſt teſtatur locus. Hagg. 2. v. 3. *Wajjioer ebhaggai*. Zephan. 3. v. 6. Exod. 10. v 28. *Wajomer*. 2. Sam. 1. *Wajjomer li*. Jerem. 1. v. 11. *Wajjomer Jhovah*. 1. Reg. 13. v. 19. *Wajiſſa*. 1. Reg. 4 v. 19. 1. Reg. 22 v 41. 2. Reg. 4. v. 17. 2. Reg. 8. v. 11. *Wajjabhhmed*. 2. Reg. 12. v. *Vaiiokumu*. 2 Reg. 1. v. *Vaiikſcharu*. 1. Reg. 17. v 18. 2. Reg. 4. v. 19. Et quid immoror hiſce allegandis, non quadrant enim ad regulam, rationem diverſisatis vel monoculus modo non ſic luſcus deprehendat.

27. In regula de Vau converſivo etiam videtur occurrere difficultas, at non eſt alicujus momenti nam Futurum converſivum, ſi nō habet prædicata, ſimpliciter poſitum, nihil hic facit, nec regulæ noſtræ ſubjicitur. Zach. 7. v. 1. *Waeſſa & enavv*, quod duplici laborat imperfectione, ob quam ſub noſtras regulas venire nequit, nec valet v. 5. Sic etiam in præterito repetito, Deut. 25. v. 8. alia inepta ad hanc regulam vide Judic. 8. v. 13. *Waiil cod* Judic. 11. *Waiiddar*. 1. Sam. 7. v 42. 1. Sam. 18. v. 7. 2. Sam. 14. v. 25. Breyib. ita ſuut affecta exempla quæ videntur contraria, ut non poſsint duci ſuo generali inſervire, ſunt officiales habentes veſtes coccineas at non gladium.

Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809

Non digni ergo ſunt honore Regis zakephkaton, quiſenſus ſibi appropriati tenaciſſimus ſolet eſſe obſervator & vindex. Sicut etiam alii accentus, tam Imperatores, quam Reges & duces, imo ipſi miniſtri, ſine perpetua ratione, locum non mutare nec amittere debent.

28. Contra regulam & de ſubjecto à prædicato diviſo, ſeu etiam vocativo venire videtur, Zach. 12. v. 14. *Ronni* at nihil eſt, confirmat eam v. 66. cap. 2. Etſræ nec obſtat 1. Chronic. 1. v. 7. *Bnæ Javan* Zephan 1. v. 11. Helilu v. 14. *Jom hibhebhrah* Joel. 1. v. 9. *Hacbrath* Ezech. 31. v. 13. *Al Mappalto* nam aliud eſt Amos 9. v. 10. *Bachhereb.* Jon. 4. v. 1. *Wajjerahh* 1. Sam. 3. verſ. 1. *Wahannaar* Eſa. 52. v. 4. &c &c &c Mich. 4. v. 11. *Wahhhatta.*

29. Regulam de propoſitionib. irritam facere videtur Malach. 1. v. 6. *Ben jacabed. Kohel.* ſeu Eccleſiaſt. 1. v. 5. *Watſarahh;* quæ non comparari poſſunt, etiamſi videatur, cum Rut. 1. v. 14. Inprimis dubium movere poterat collatio Eſa. 40. v. 7. *Jabeſch Chhazir* cum Joel. 1. v. 10. *Schuddad Sadeh,* Eſa. 38. v. 18. *Ci* Hagg. 2. v. 9 *Lihacceſeph.*

30. Contra regulam de nomine & verbo concreto, cujus prædicatum occupet inciſum ſecundum venire videtur v. 16. Zeph 1. Jhovah elohaich, tantũ abeſt ut hoc regulæ officiat, ut potius fulciat ſenſum, & ego quod ſupra non feci non verear addere, prædicatum poſt Athnach ſi duplex habeat ſubjectum concretũ, id dividere in duo inciſa Ezræ 2. v. 57. *Col hanntinim,* huic obſtat v. 59. quia triplicata ſubjecta inducunt diverſam rationem.

31. Regulam de ſubjecto vel prædicato determinando infringere videtur Nemeh. 1. v. 1. *Dibhre* Eſth. 2. v. 2. *Vajiomaru.*

32. Regulæ de tempore adverſari videtur Obad.

1. V.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809

1.v. 8 *Hloh*, ſi Zbaoth additum fuiſſet in fine rēs eſſet. ſalva, De.loco, v.17. *Ubhhar.De comparatione* Habacuc. 1. v. 15. *Vattahhhſeh*, Cantic. 6. v. 9. *Mitſhot* Cant. 7. v. 4 *Zawwarech* Circumſtantiar. 1. Sam. 23. v. 18. *Vajiiicrtu* locus *qui* collatus cum 2. Sam. 1. v, 25. *Ech* creare videtur difficultatem. Sed quicquid ſit, regulam non infringit confer. Jer. 18. v. 17. Bruachh. 1. Reg. 3. v. 10. Hoſeæ. 2. v. 10. Waatta 2. Reg. 14. v. 11. *Kumred.* Tempor. 1. Chronic. 17. v. 3. Wajihi &c.

33. Hic ſubſiſto & repeto in tota hac diſputione petendum etdandum eſſe Atnach, unde eos verſus qui non habent Atnach, quorũ magna eſt copia, adeo ut in 3. Capit. Lamentat. Jer. Inter 60. verſus unus tantum ſit qui habeat Atnach, Et in toto capit. 5. à *tſot* uſque ad *mood* quorũ illud initium hoc finem libri facit ne unicum quidem Atnach reperiatur, quare his meis regulis non ſubjacent. Et multe alia præter ea quæ allegavi exempla videntur contrariari. Verũ ut ut ſint affecta ego teneor in diſcurſu publicò cõtrariorũ dare ratiònes, quas etiâ ſi neceſſitas efflagitaverit ſpeciali diſputatione vel ipſa quarta pro memoria à me datarum proponere poſſum, ut conſtantia ipſorũ ex ſcriptura ſacra probetur. Ordinarie autem proxima diſputatione agendum erit de regulis aliquot, quas anguſtia chartæ hic excluſit & de ducib. ſuperiorib. ita ut fere eadem materia tractari videatur.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-423 4° 1809